

DE CONSERVANDA

resolui solent. Secundum est, corrumpere colorem faci-
cici, propter humiditates aquosas, urine similes, in
sanguine multiplicatas ex somno diurno, resolui solit-
tas tempore uigiliarum, quæ ad faciei cutem cum san-
guine expulsæ, ipsam reddunt tumidam & subcitrionam.
Tertium est, ipsum generare splenem, id est, spleneticam
passionem in dispositis. Cuius causa est retentio humoris
crassi, melancholici, in splene ex somno diurno, quemad-
modum enim uigiliæ promo- uent motum ac liberum transitum
crassi humoris per canales strictos calore diei uias aperiente,
ita somnus impedit, & maximè diurnus, eò quòd instet
tunc hora ut plurimum transitus melancholiæ per cana-
les suos, & præcipuè per illum canalem, qui à sple-
ne transit ad orificium stomachi ad prouocandum
appetitum, per quem splenis superfluitas expurgari
solet. Non enim par est ut de nocte appetitum cibi
prouocet, sed potius de die. Quartum est relaxatio
siue emollitio neruorum, Cuius causa est prohibitio
resolutionis humiditatum, quam facere solent uigiliæ
diurnæ, quæ interius retentæ, ueruos irrigant. Quin-
tum est debilitatio appetitus, propter prohibitionem
resolutionis, quæ est prima causa famis. Alia causa,
est repletio stomachi ex fumis, uaporibus & humi-
ditatibus emollientibus & saturantibus orificium sto-
machi. Sextum, est generatio apostematum, quia su-
perfluitates per somnum diurnum multiplicatæ, sæpi-
us in membro aliquo coacernantur, ipsumq; tumi-
dum reddunt. Addit